



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Tractatvs I. De vitiis in communi, Pars I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

REVERENDISSIMI

AC EXIMII SACRÆ THEOLOGIÆ

professoris GVLIELMI PERALDI Epi-

scopi Lugdunensis, ex sacro Ordine

Prædicatorū, Tomus Secundus,

qui SUMMA VITIO-

RVM appellatur.

TRACTATUS I. De vitiis in communi, PARS I.



DICTURI de singulis Vitiis, cum oportunitas se offert, incipiemus à vitio Gulæ: & quia locus se offert, & propter hoc quod dicit Glōf. super Mat. 4. In pugna Christi prius cōtra gulā agitur, quia nisi hæc prius restānetur, frustra cōtra alia vitia laboratur. Et alia glōf. dicit ibi, q̄ diabol⁹ victus de gula, nō tērat de libidine. Ante omnia tamē ostēdemus, doctrinā vitiōrū perutilem esse, per hoc q̄ vitia studio & summa diligentia sunt vitanda: vitari autem non possunt, nisi prius cognoscantur.

¶ Quod vitia summa diligentia sint vitanda, tribus rationibus ostenditur.

TREPLICI autē ratione potest ostēdi vitia summa diligentia esse vitanda: scilicet quia dæmonibus valde placent, Deo summè displicent, homini verò summè nocent. Quod valde placeant vitia dæmonibus, ostenditur ex auiditate tentandi. De qua dicit Greg. Assidua tentatione diabolus tentat, ut saltem tadio vincat. Tentatio verò diaboli ad hoc est immediata, ut in malum culpæ hominem impellat. Vnde Greg. de illo: Nihil se fecisse æstimat, quum animas non sauciat.

¶ Quod Deus summè odiat peccatum, triplici ratione ostenditur.

QUOD autē Deus summè odiat peccatū, ostenditur triplici ratione. ¶ Primò, ex hoc, q̄ illud qđ maximè videtur odire, scilicet diabolū, nō odit nisi ratione peccati: & eū amaret, si peccatū nō esset, tanquā creaturā suam. Vnde Sap. 11. Nihil odisti eorū quæ fecisti. Quod intelligendū est, nisi ppter peccatū adinsectū, quod ipse nō fecit. Vnde quū illud ppter quod aliquid est ta

est tale, sit magis tale, constat vitium esse magis exosum Deo quam diabolus. Secundò, potest idem ostendi per hoc quòd Deus non habet ita bonum amicum in cælo, nec in terra, quem nõ haberet odio ad mortem, si inueniret peccatum mortale in eo. Vnde licet Petrus ardentius amasset Christum quam cæteri Apostoli: tamen Christus eum damnasset, si decessisset in peccato trine negationis. Bene ostendit Deus quantum odiat peccatum, quãdo filios suos quos tantum dilexit q̄ pro illis mori voluit, in igne inextinguibilem proiciet, quando inueniet in eis peccatũ mortale. Tertiò potest ostendi idem, per hoc, quòd Deus filiũ suum crucifigi voluit, vt cum eo peccatum crucifigeretur. Vnde Aug. super illud ad Colos. 2. vbi loquitur de chirographo: Innocens occiditur, & peccatũ crucifigitur. Et Deus pater dicit de filio suo, Esa. 53. Propter scelus populi mei percussit eum. Si quis diceret se tantum odire aliquẽ q̄ vellet eum cum proprio filio gladio vno transuerberasse, vel cum propria matre, satis videretur q̄ haberet eum odio. Sic Christus odiuit peccatum, voluit enim vno gladio illud secum transuerberari. Animam etiã matris suã voluit cum peccato eodem gladio transuerberari. Vnde Luc. 2. dicit Simeon ad beatam Viginem: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Pertransibit, inquam, per compassionem.

¶ Quòd peccatum noceat homini quatuor rationibus ostenditur. Et enumerantur sex quæ peccatum auferunt homini.

Quo d autẽ peccatum summẽ noceat homini, potest ostendi multis rationib⁹. Primò, per hoc q̄ nihil potest homini nocere nisi per peccatũ. Vnde solũ caueat homo sibi ab isto hoste: & non sunt timendi ei alij hostes. Nec diabolus, nec homo malus, nec infirmitas, nec mors, nec alia aduersitas potest ei nocere, si à peccato cauerit sibi. Ad hoc pertinent hæc testimonia scripturę quæ sequuntur. Gre. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Et illud Eccl. 8. Qui custodit mandatum, nõ experietur quicquam mali. Nihil enim erit ei malum vel nociũ. Esa. 3. Dicite iusto, quia bene &c. Et ad Ro. 8. Scimus quoniã diligẽtibus Deũ omnia cooperãtur in bonũ. Ad plus non potest nocere diabolus vel persecutor iusto, nisi quia fabricabit ei coronã eternã. Bernardus: Iucundũ Dei iudiciũ: quia ille superbus humiliũ malleator nasciens eis coronas fabricat perpetuas omnes impugnãdo & omnibus succumbẽdo. Et Dauid: Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. Fabricauerũt, inquam, coronam perpetuam. Secundò, potest ostendi quantũ noceat homini peccatum, per hoc q̄ nihil est homini ad eò salubre, quòd peccatũ nõ

Et Senec. Vnum exemplum auaritiæ vel luxuriæ multum mali facit. Etiam cum eis qui sunt in matrimonio non est tutum habitare illis qui virginitatem vel castitatem volunt seruare.

De aspectu mulierum qui valde timendus est. CAP. I. III.

A spectus mulierum valde timendus est, vt potest ostēdi & auctoritatibus & exēplis, & rationibus. Auctoritatibus. Vnde super illud Genes. 3. vidit mulier & c. dicit Greg. Nō licet intueri quod nō licet cōcupisci. Itē Greg. Pēfandū est quantū visum debemus restringere, qui mortaliter viuimus, si mater viuentiū per oculos ad mortē venit. Et Eccl. 9. Virginē ne cōspicias, ne forte scādalizetis in decore eius. Et pōst: Auerte faciē tuā à muliere compra. ¶ Exēplis potest idē ostēdi. Vnde Gen. 34. Cū vidisset Dinam Sichē filius Emor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit illā, & rapuit. Et Genes. 39. Iniecit domina oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Et 2. reg. 11. vidit Dauid Bersabee lauantem se ex aduerso super solariū suum. Erat tunc mulier pulchra valde. Et subiungitur: Missis itaque Dauid nuntiis tulit eā. Et de Iudith 16. legitur: Colligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum eum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius. Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius. Cincinnos vocat capillos in ferie vna congregatos. ¶ Multis etiam rationibus potest ostēdi q̄ valde timendus sit nobis aspectus mulierum. Quarum quadam sumuntur ex parte mulierum, & alia ex parte oculorum. ¶ Ex parte mulierum sumere possumus tres rationes, ad hoc ostendendum. Prima est hæc, q̄ à planta pedis vsque ad verticem non est locus in mulieribus, in quo non sit positus laqueus ad capiendum oculos. Quod satis innuitur Iudith 16. Dicitur ibi: Colligauit & c. vt supra, ecce laqueus in vertice. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: ecce laqueus in pedibus. Et Ecclesia. 7. Inueni mulierem amariorem morte, quæ laqueus est venatorum, & sagena cor eius. Vincula sunt manus eius. Hoc dicitur, vt qui in manibus eius tenetur, sciat se esse in vinculis diaboli. Et Prouer. 7. Ecce occurrit mulier ornata meretricio, præparata ad capiendas animas. ¶ Notandum q̄ diabolus excoriat mulieres, pellem honestæ conuersationis ab eis remouendo, ad miluos, id est, ad luxariosos capiendos, qui sunt animalia ignobilia quæ ad extra volant. Ad idem solent canes vel murilegi excorari. Mirum est quomodo hoc toleratur inter fideles, quod mulieres sic præparent se ad interfectionem animarum. Si quis faceret foueam in via, & eam cooperiret, non toleraretur. Fouea autē profunda est meretrix: vt legitur in Prouerb. 23. Item

Eccle

¶ Tertio, ostenditur idem per hoc quòd vitium innaturale est: sed virtus est secundum naturam. Vnde Ber. Nullum vitium naturale est: omnis verò virtus homini naturalis est. Deinde subiungit:

Virtus, quoniam res nature est, cum venit in animum, aliquando non venit sine labore: sed venit in locum suum, & fideliter se det, & bene cum ea conuenit natura. Via ergo vitiorum aspera est: via verò virtutum est suavis. Sed sicut dicit Hieron. insuauem & asperam fecit nobis viam virtutum longa consuetudo peccandi. Et habetur simile in lumine solis, quod est delectabile oculis. Vnde Eccl. 11. Dulce lumen est, & delectabile oculis videre solem: Contristat tamen lux solis, oculos tenebris assuetos. ¶ Peccatum ergo dæmonibus placet, Deo summè displicet, & homini summè nocet, sicut ostensum est. Abominabilem etiã reddit hominem, & Deo, & Angelis, & hominibus. Vnde Dauid: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Sùma ergo diligetia est vitandù. Si vniuersi dæmones, & mali homines & bestie & omnes aliæ creature quæ possent homini nocere, essent simul cõgregatæ ex vna parte, magis rimendù esset vnum peccatù mortale quàm omnia illa. Ad hoc autè quòd nos debeamus ita fugere peccatù, pertinet quod legitur Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Et illud Sene. Cum hominibus pacem habe, cum vitiis bellum. Et iterù: Vitia sine modo & sine ordine persequenda sunt: quia modum & ordinem non habent.

TRACTATUS II. De vitio Gula.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de quatuordecim quæ valere possunt ad detestationem vitij Gula. PARS I.

Hoc ordine dicemus de vitio Gula. Primò dicemus de his quæ faciunt ad detestationem huius vitij. Secundo, de speciebus eius. Tertio, de satellitibus quibus vititur vitium istud. Quarto, de remediis contra hoc vitium. ¶ Quatuordecim autè sunt quæ faciunt ad detestationem huius vitij. Primù est hoc quod natura dissuadet nobis illud. Vnde legitur in sciencia naturali, quod inter animalia magnorum corporum nulli dedit natura tam strictum os secundum corporis qualitatem, sicut homini quod sine dubio factum est ad commendationem temperantia & detestationem Gulostratis. ¶ Secundum est hoc quod vitium istud est requies dæmonum: vnde Matt. 12. Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida querens requiem, & non inuenit. Loca arida sunt homines separatè viuentes, in quibus diabolus non inuenit requiem. Vnde legio dæmonum dixit Domino,